# Band II., Nr. 385, Seite 150-151

*Bischof Hermann von Konstanz beurkundet verschiedene Tauschhandlungen, wodurch das Kloster Salem, teils von der Kirche in Seefelden, teils von ihm Zehnten und Güter in Richoluesberg und Maurach gegen Güter an anderen genannten Orten an sich brachte.*

## (Konstanz), 1165. (nach Okt. 16)

Hermannus, dei gratia Constantiensis episcopus. Quia oblivione cuncta intereunt nisi ea que scripto conmendantur, ideo notum esse volumus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod abbas Frŏwinus de Salem et fratres sui dimidium mansum in Bizinhouen tradiderunt Walthero, advocato ęcclesię Seuelth, eo pacto quod ipse cum alio suę proprietatis predio, pręfatę ęcclesię commodius adiacente, concambium eis faceret decimarum de duobus mansis in Richoluesberge[1] et predii in Mvron, quę ad eos spectant. Quod iam dictus Waltherus executus est, quosdam agros, Seuelt sitos, prefatę ęcclesię in concambium earundem decimarum legitime contradens coram ęcclesia Seuelt, presente plebano Pertoldo, factum cum parrochianis, qui presentes aderant, collaudante. Ne ergo predictis fratribus dolus vel malitia ex alicuius querela de cetero in hoc obesse possit, testes qui aderant notari iussimus: Waltherus de Seuelt cum filiis suis. Hermannus. Arnoldus. Arnoldus. Eberhardus. Bertoldus. Heinricus. Geroldus. Albertus. hii omnes de Stetin[2]. De Tisendorf Albertus. De Oberndorf Burchardus. De Ŏveldingen Eberhardus. De Milnhouen V̊lricus. Waltherus. Swicgerus. Cŏnradus. Bertoldus. Chŏnradus. Albertvs. De Kaltebrunnin Wibolt. De Frikingen Burcardus. Albertus. Actum est hoc Seuelt, anno ab incarnatione domini MCLVIII., indictione XIIII., regnante Friderico, Romanorum imperatore augusto, anno regni eius IIII., imperii vero II., pontificatus autem nostri vicesimo, presidente prime sedi Anastasio papa. Idem etiam abbas cum suis fratribus concambierunt nobiscum unum mansum in prefato monte Richoluesberge, pro quo nobis dederunt alium in Chippenhusen. Quod factum est in capitulo nostro ante pascha habito cum advocato nostro et fratribus meis, qui et omnes testes sunt, coram maiori altari, anno ab incarnatione domini MCLVIII., indictione XIIII., regnante Friderico Romanorum imperatore augusto, anno regni eius IIII., imperii vero II., pontificatus autem nostri anno XIX., presidente prime sedi Adriano

[1] In der Bestätigungsurkunde von Papst Lucius III. von 1184 März 4 heißt es: *in monte qui dicitur Richolffisberch claustro adiacente*, der Name ist verschollen.
[2] Vermutlich Stetten, Stetten, FN.

papa. Postea similiter cum eodem abbate et fratribus concambivimus rursum in eodem eis adiacente monte alios tres mansus, pro quibus nobis alios III tradiderunt, quorum unus situs est Wildorf, qui pro duobus conputatur, tercius in Assoluesburc[3], et hoc actum est in capitulo nostro, post festivitatem sancti Galli habito cum advocato et fratribus meis retro maius altare, anno ab incarnatione domini MCLXV., indictione XIIII., regnante Friderico Romanorum imperatore augusto, anno regni XIII., imperii vero XI. et nostri pontificatus XXVIII. Cuius rei sicut et superiores testes sunt totus noster chorus, et advocatus et filius eius. Rupertus de Tivringen. Heinricus prepositus de Zvrich.

—

Nach dem in vier Bänden in fol. bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament geschriebenen, dem Hauptbestand nach dem dreizehnten Jahrhundert angehörigen *Diplomatarium Salemitanum* im GLA Karlsruhe, Bd. 1, Nr. 33, S. 57 (vgl. WUB, Bd. II, Nr. 349, S. 82). Die Urkunde führt darin die Aufschrift: *Confirmatio Hermanni Constantiensis episcopi super concambia quarundam decimarum in Mvron. et duorum mansorum in Richoluesberge.*

[3] Unermittelt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**
C 49; 67/1162 S. 57 Nr. 33

**Überlieferung und Textkritik:**
Original und Abschrift in Karlsruhe.

**Regesten:**
Paul Ladewig (Hrsg.): Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Bd. 1, S. 110, Nr. 986 (auch zur Frage der Echtheit). Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen, Abt. 1, Bd. 1, S. 16, Nr. 89.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
(Konstanz)

**Ortsindex:**
Assoluesburc<br> Bitzenhofen Wohnplatz (18149)<br> Bitzenhofen, Oberteuringen, FN<br> Daisendorf Wohnplatz (17804)<br> Daisendorf, FN<br> Frickingen Wohnplatz (17832)<br> Frickingen, FN<br> Kaltenbrunnen Aufgegangen (34261)<br> Kaltenbrunnen, aufgeg. in Beuren, Salem FN<br> Kippenhausen Wohnplatz (17972)<br> Kippenhausen, Immenstaad am Bodensee, FN<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Maurach Wohnplatz (18459)<br> Maurach, Uhldingen-Mühlhofen, FN<br> Oberdorf Wohnplatz (14447)<br> Oberdorf, Konstanz, KN<br> Oberteuringen Wohnplatz (18153)<br> Oberteuringen, FN<br> Richolfsberg<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br> Seefelden Wohnplatz (18464)<br> Seefelden, Uhldingen-Mühlhofen, FN<br> Stetten Wohnplatz (18286)<br>

Stetten, FN<br> Unterteuringen Wohnplatz (18161)<br> Unterteuringen, Oberteuringen, FN<br> Weildorf Wohnplatz (18268)<br> Weildorf, Salem, FN<br> Zürich, Kt. Zürich, Schweiz